nō meritis noſtris p̄cedentib⁹ facta ſūt iſta
ſꝫ tua miſcđia. Nō nobis tribuat̄ gloria
de p̄dictis miraculis et beneficijs. ſed po-
teſtati tue vt nomē tuū glorificetur
in gentib⁹. Unde ſequitur. Talia facta ſūt.
De miſcđia tua. i. ad declaratōem miſe
ricordie tue. qua ꝑplus iſrahel licet pluries
te offenderit miſericorditer tn̄ de poteſtate
gentiū liberati ſunt etiā de veritate tua
id eſt. ad declaratōem veritatis tue qua ꝓ-
miſſa patrib⁹ abrahe yſaac et iacob adimple-
uiſti ne quando dicant gentiles ydo-
la colentes vbi eſt de⁹ hebreoꝝ ſi ei nō
adimpleuiſſes ꝓmiſſiones patribus factas
videret̄ gentib⁹ ꝙ virtus tua defeciſſet.
Ad queſtionē gentiū querentiū vbi ē deus
noſter reſpondent ſancti. Deus autē
noſter in celo licet eni ī vbiqꝫ ſit ꝑ eſſentiā
potentiā et p̄ſentiā. ſpecialiter in celo eſſe dr̄
qꝛ ibi magis relucet poteſtas ei⁹. in celo eſt
potens ſup omnē creaturā q̄ oīa quecū-
qꝫ voluit in corporalib⁹ et ſpūalib⁹ fecit
ꝑ qđ omnipotens apparet.

Propheta improbans ydolatriam ait.
de⁹ noſter eſt in celo potens ſup omīa. ſed
Dij gentiū qui ſunt ſimulacra quia
ad ſimilitudinē alicui⁹ hoīs mortui fingūt
non ſunt veri dij ſed argentū et aurum
quo ad materiā de qua ſūt in forma vero
ſunt opera manuum hominum

Propheta deridēs ydolatraꝝ ſtulticiā
deſcribit ſimulacroꝝ eoꝝ impotentiā dicēs
Os habent et nō loquentur. oclos
habent et nō videbūt. Aures ha-
bent et nō audient. nares habēt et
nō odorabūt. Man⁹ habent et nō
palpabūt. pedes habent et nō am-
bulabūt. nō clamabūt ī gutture ſuo
Similes illis fiant qui faciūt ea. ſcꝫ
artifices ydoloꝝ vt ſicut ydola non vident
nec aliquē ſenſū habent. ita factores ydolo
rum ꝑuent̄ omni vigore aīe ⁊ nō ſolū qui
faciūt. ſed oēs qui cōfidunt in eis. ab
eis quaſi a deo petentes auxilium.

Propheta vtilitatem xp̄iane religionis
cōmendans ait. gentes ꝯfidūt ī ſimulacris
q̄ iuuare nō poſſūt. Dom⁹ aūt iſrael
ſperauit in domino ip̄m deuote colen-
do. et dominus adiutor eſt eorum
ad bene operandū. et ꝓtector eoꝝ ꝯtra
hoſtiles incurſus Dom⁹ aaron ſūmi
ſacerdotis ſperauit in domino et non
ſine fructu adiutor eoꝝ et ꝓtector eo-
rum eſt. Quid ꝑ ſingula. oēs de quacūqꝫ
ꝯditōe. Qui timent dominū ſperaue
rūt in domino et auxiliū in eo inuenerūt
quia adiutor eoꝝ et ꝓtector eoꝝ eſt
Uere Domin⁹ adiutor eſt quoniā dn̄s
memor fuit noſtri dicunt filij iſrl̄ non
meritis noſtris. ſꝫ ex ſua miſcđia. et bene-
dixit nobis multiplicando in nobis ſpi-
ritualia et temporalia Benedixit do-
mui iſrael. benedixit domui aaron.
Benedixit omnib⁹ qui timēt domi-
nū. puſillis cū maiorib⁹ reges et ſubdi
tos equalis eſt illi omīs cura de omnibus.

Hec bn̄ficia fecit nobis. et adhuc Adij-
ciat domin⁹ alia bona ꝯferendo. ſuper
vos et ſuper filios veſtros Bene
dicti vos tam maiores q̄ꝫ minores ſitis.
a domino ꝑ grē ſue infuſionē q̄ bene pōt
fideles ſuos bn̄dicere. qꝛ ip̄e ē qui fecit ce
lū et terrā Celū celi qđ eſt celū empi-
reū. qđ ē loc⁹ beatoꝝ. domino ſibi retinēs
tanq̄ꝫ domū gl̄e ſue. qꝛ in eo magis relucet
gloria ei⁹ in angelis et beatis. terram au-
tem dedit filijs hominū ꝓ habitatiōe
in vita preſenti. Ad h̄ precor vt bn̄dicas
vt iuſtificati digne te laudare poſſimus. qꝛ
Mortui in peccatis nō laudabunt te
domine placida laude. qꝛ nō eſt ſpecioſa
laus in ore peccatoris. nec aliquis deſcē
dentiū in infernū Sed nos qui vi-
uimus vita grē benedicim⁹ domino
benedictione laudis. incipientes ex hoc
preſenti. et ꝯtinuantes et ꝑſeuerantes ī lau
dibus dei ſemper ſine fine

Pſalmus. CXIIII. in quo mo-
net ad laudem dei pro beneficio li-
berationis a malis huius ſeculi.

Propheta. deum quē dilexi pri-
us ꝓpter ſe et ſuper omīa.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dilexi nūc ardentius quo-
niā exaudiuit dominꝰ vocē
orōis mee. in anguſtijs.
Spero ꝙ in anguſtijs exaudiar Quia iā
dn̄s inclinauit aurē ſuā mihi ꝯdeſcen
dendo petitioni mee. et in hꝫ expertꝰ miſeri-
cordiaꝫ ſuam audacter inuocabo eū in
diebus miſerie mee q̊s mihi feci pec-
cando qui ſunt pleni laboris et doloris.
In quibus diebus neceſſe habeo inuocare
eū. quoniā Circūdederūt me doloreſ
mortis .i. peccata vnde procedit dolor et
mors aīe. et temptationes grauiſſime q̄ ſūt
pericula inferni inuenerūt me. errā-
tem a te et expoſitū malis. ¶ Hec me inue-
nerūt et ego Tribulatōem et doloreꝫ
in huius mundi ꝓſperitatibꝰ latentē. ī q̄bꝰ
oblectabar inueni quibꝰ tribulationibuſ
cōmonitus nomen domini inuocaui
vt liberarer. Unde ſequitur. O domīe li
bera animā meā de omni īpedimento
ſeculi. qꝛ niſi adiuues captiua eſt miſeri-
cors dominꝰ ī natura iuſtus corrigen-
do peccata. et vere miſericors dn̄s qđ patet
ꝑ effectū et deꝰ noſter miſeretur actu
¶ Uere miſericors et iuſtꝰ. q̄a Dominꝰ
cuſtodit hūiles a pctīs et ab inimicis ſu-
is. experto credite qꝛ ego hūiliatus ſum
mente paruulꝰ factꝰ corā deo et liberauit
me ab onere peccatoꝝ et ꝑſequentibꝰ me
ſua grā ⁊ virtute. ¶ Et qꝛ ſic dn̄s liberauit
animā meā. ideo Conuertere aīa mea
in huius mundi turbatōnibꝰ demerſa ad
deū in quo eſt vera requies mentis
qđ facere debes qꝛ dominꝰ benefecit ti
bi multipliciter ¶ Certe bene fecit tibi
Quia eripuit te de morte peccati ⁊
oculos meos a lacrimis afflictionis
ꝓ timore pene pedes a lapſu recidiui
Et quāuis in p̄nti deo placeā nō tn̄ ita quē
admoduꝫ in futuro. vbi Placebo ꝑfecte
et ex omni parte domino vbi nullā in me
offenſionē inueniet in regione viuorū.
vbi nec lacrime nec luctus nec lapſus pedū
nec triſte aut infirmū aliq̄d eſſe poteſt.

¶ Pſalmus. CXV. in quo monet
ad laudem dei pro dono fidei.
¶ Propheta.
Credidi ſcꝫ ꝙ placebo do
mino ī regione viuoꝝ ꝑpter qđ
aperui os meū ad laudanduꝫ
deū ego aūt hūiliatꝰ .i. afflictꝰ ſum ni-
mis a ꝑſecutione inimicorum.
Ego aūt in altitudine cōtemplatio
nis dei poſitꝰ et intelligēs ꝙ hō nihil bo-
ni poteſt habere a ſe dixi .i. ꝓnūciaui om-
nis homo mendax quantū eſt de ſe.
¶ Cum ergo hō nihil boni ꝓpriuꝫ habeat
Quid retribuā domino ꝓ omnibꝰ
beneficijs que ipſe retribuit mihi.
¶ Ego tante retributōis nihil dignū inue
niens. quod carius eſt tibi ſacrificabo.
Accipiam in deſiderio calicem paſſio
nis ꝓ eiꝰ noīe ſanguinē fundere nō formi-
dans. et qꝛ calicē paſſionis bibere nō ē vtu-
tis hūane ſed grē dei nomen dn̄i inuo-
cabo vt nō me derelinq̄t ī die tribulatōis.
¶ Uota mea reddā domino .i. cōple
bo ope quod deſiderabā .i. meip̄m ſic opta-
ueram paſſioni offeram actu coram om
ni populo eiꝰ vt ceteri exemplū capiant.
ideo ſic reddam vota mea qꝛ precioſa. id
eſt. cara placens et grata eſt mors ſctōꝝ
eius pro nomīe. et fide eius aſſumpta.
¶ O domine q̄ꝫ merito ego mori pro te
deberem. tum quia ego ſeruus tuꝰ iure
creatiōis. tum quia ego ſeruus tuꝰ iure
redemptōis. tum quia filius ancille tue
id eſt. eccleſie. ¶ Tum etiā qꝛ tu Dirupi-
ſti vincula pctōꝝ meoꝝ quibuſ eram
conſtrictus. et quia hoc non meritis meis.
ſed ex miſcōdia tua grās agēs ſacrificabo
tibi meipſum in laudem tuā. et no-
men tuuꝫ inuocabo vt quod reſtat ad
perficiendum ſeruitutis tue implere valeā
¶ Quia ergo ego ſeruus tuus ſum Uo-
ta mea domino reddā. id eſt. meipſum
in ſeruitutem tuam in conſpectu om-
nis populi eiꝰ vt alijs exemplum laudis
exhibeam . et hoc non in omni loco ſed in
atrijs domꝰ domini .i. in p̄ſenti eccleſia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf